



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Obscuriora Aliqvot Capita Geneseos Phil. Mel.
Annotationes**


Melanchthon, Philipp

[Nürnberg], 1524

VD16 M 3465

urn:nbn:de:hbz:466:1-36146





IN OB
SCVRIORA ALI
QVOT CAPITA
GENESEOS
PHIL. MEL.
ANNOTAZ
TIONES.





NICOLA

VS GERBELLIVS STVDI-
OSO AC PIO LECTO
RI SALVTEM IN
CHRISTO IESV.



EMO MIHI FACILE per
suadebit, Suauissime lector, quenquã
ex his qui uera rectaq; studia sequun-
tur hoc maxie florentissimo seculo, tã
αρεαμεατον, tãq; αμουου reperiri
posse, q nesciat qua sublimitate, qua ser-
monis latitudine Moyses uir dei, et ut scriptura eũ noiat
την ιουδ orbis uniuersi incunabula literis mada-
rit. Quãq; à uero alienissimi fuerint superioris ætatis ho-
mines, qui res, nescio quas insectiles, infinitũ ignẽ, occas-
nũ quinetiam & his fœdiora cõditi mũdi exordia fuisse
tradiderũt. Quod si qui sunt q uerũ libenter audiunt, cu-
iusmodi hæc ætas nostra plurios sanè tulit, hi nõ cuncten-
tur i manus accipere sanctissimi uatis, castissimũ hoc, gra-
uissimũq; scripti genũ. Visuri haud dubie, quo discrimine
quãq; lõgo iteruallo distet discrepetq; diuinus spũs à uae-

nissimorū hominū sensu, nempe ex meris glorijs, opinio-
nibus, nugisq; consutorum Nam cum impurissimi Hypo-
critæ diuinitatis secretarimari conarentur, uani facti
sunt, ipudētissimiq; conatus cæcitate pœnas dedere. Sed
ut ad Mosē redeā, priora capita, PHILIPPVS Me-
lanchthon uir omnibus titulis (nolo enim elatius quidq;
de modestissimo homine dicere) dignus, Annota-
tionibus illustrauit, uel quod cæteris obscurio-
ra sint, uel quod interpretandis series
eo usq; ipsum deduxerit, idq; pari
facundia atq; facilitate. Quan-
quā quales & quante sint
malo tute iugi lectione
cognoscas, quā
qd' diutius re-
morer ego
studia
tua, quādo
qdē & si maxi-
mas dixerō, maiores
inuenies legendo. In sum
μα τό κέττον ἐγκάπτε τοῖς
ἀκροῦ μὲνοιο. Quod sanè tu fatebe-
re, si multorū exēplo has tibi familiaris.
feceris. Vale felicissime. Argent. Anno. 1527.



IN GENE

SIN, PRAEFATIO
PHIL. MELANCH-
THONIS.



RAETER QVAM QVOD
Genesis rerum conditionem indicat,
ad hoc ea potissimū utendū est, ut in-
de discas originem peccati, & primā
gratiæ promissionem, ex quibus duo-
bus locis postea uniuersa pendet scri-

ptura. Sunt & exempla prodita, in quibus tum iræ filios
tum gratiæ filios adumbrat: Timorem dei illorum exem-
pla docent, hi fidem. Quod enim inuenias tristius exem-
plum diluuiō, aut Zodomorum exitio? & qui poterit
erigi confidentius fides, quā si consideres, quā blan-
de, quā suauiter, & tamen in cruce, filios gratiæ tue a-
tur? Mihi certe nullis blandioribus exemplis Philostor-
gian suam testatus uidetur.

Ardorem
Chrī erga
nos nō ali-
unde certi
us agnos-
ces, q̄ ex hi-
storia de
Ioseph, qui
tādē dū se
inimicū di-
utius simu-
lare nō pos-
set, i lacru-
mas pro-
rumpit.

DE CONDITIONE RERVM.

Vt à conditione rerum ordiretur, non historie tantū
ordo postulabat, sed & ipsa docendæ pietatis ratio, quia

ANNOTATIONES PHIL.

hoc caput omnium questionum est: Sit ne deus. Sint ne à diuina aliqua ui hęc condita. Regantur ne aliquo diuino numine, & hoc caput est ignorantie & impietatis humane, qđ comprehendere non potest rerum uel conditionem uel administrationem, sentitq; res temere ferri, nasci, in Roma. 1. terire, redire &c. Roma. primo, & prima Corinth. pri. 1. Cori. 1. mo. Sic in uniuersum sentit caro, ut maxime aliter doceant hypocrite. Et ueteres quidem Theologi contenti fuerunt Ecclesiam contra philosophica dogmata armare: contra hypocrisin non item: Ita factum est, ut eneruaretur uerbum spiritus. Nobis ea contra hypocrisin utendum est, ut quando de conditione rerum loquitur, intelligendum esse uerba uiua potentia &c. iuxta illud: Dixit Missas & facta sunt. Ita quando deus tangit cor nostrum fide cre- fac sopherationis, & ostendit qđ ex se, in se, & per se sint omnia, eristicas imagitur cor fiducia erga deum, sentitq; se de manu dei ad- ginatione- cipere omnia, & illi omnia resignat, siue uiuat, siue mo- nes de- riatur. Et uideo non alium locum esse, in quo se mirabili- creatiois us fides exerceat, quam hunc. Nam hic demum in obscu- relationi- rissimas tenebras ingreditur, sic sentiens: Ecce tu condi- bus. disti me, idq; sine meo consilio, sine mea opera: Ita nunc ege- Psal. 31. tem, morientem &c. subleuabis. Sic CHRISTVS Psal- mo uigesimo primo: Tu es qui extraxisti me de uentre matris mee. Et centesimo tertio, Dante te illis colligent &c. Et Hebræorum undecimo. Fide intelligimus aptata esse secula. Quomodo fit aut ut hęc cognoscamus? Re-

Spondeo, Mortificata sapiētia carnis per crucem, prima Corinthiorum primo.

Litera sententię de creatione, est hypōcrisis & opinio carnalis de cōditione rerum. Spiritus autem est fides hoc est, certa scientia cordi à spiritu sancto īdita, qua sentimus amplitudinem bonitatis diuinę, effundentis se in omnes creaturas: & cōfidimus inde nos adcepturos omnia bona corporalia et spiritualia, atq; ita fidentes nos illi permittimus siue uiuamus siue moriamur, iuxta illud: In ipso sumus, uiuimus & mouemur.

Literam norant illi de quibus Roman. primo. Cogno- Roma. 1.
scentes deum non sicut deum glorificauerunt Et prima 1. Corī. 1.

Corinthiorum primo. Nō cognouit mundus deum Hęc est
p̄ sapiētiā. De spiritu ad Hebręos loquitur. uera le

Fide intelligimus condita secula, uerbo etio.

dei, ut inuisibilia, uisibilia adpare-

rent, id est, ut potentia & diui-

nitas appareret in opere

creatoris. Porrò hęc

fides cū credi-

mus omnia regi diui-

na prouidentia nihil teme-

re ferri, est ipsissima mortificatio ra-

tionis nostrę, negantis esse deū, aut nos

stra deo curę esse. Hęc de præfatiōe in Genesin.

ANNOTATIONES PHIL.

CAPVT PRIMVM.

I N P R I N C I P I O .



DE principio multa fabulati sunt, & p
eo quod est, in principio, quidam in
filio legerunt, ut & Hieronymus in-
dicat. Nos simplicissime literã seque-
mur, ut debemus, siquidem ea sola fa-
cit ad edificandam fidem. Princi-

pium significat exordium temporis & rerum. Ergo cū
Tēp9 est ait: In principio, significat ante rerum conditionē eter-
ipse cur- num fuisse deum, non enim in hoc principio deus factus
sus lapsus est. Porro sicut incomprehēibilis est rationi, rerū eter-
rerum. nitas ante principium, ita & post finem, incōprehensibi-
les abyssi sunt. Fides autem quæ capit deum, & sentit an-
te omnia in omnibus, & post omnia esse deū, abyssos hos
ingreditur gestata uerbo dei, uelut utero, sicut Esaias di-
cit, ut uel hinc adpareat, quid sit, quod ī Hebræis ait: Om-
nia portans uerbo dei.

C R E A V I T .

Cum de creatione dicitur, non est imaginandum poë-
tice, q̄ tum tantum condiderit prima rerum corpora &
semina, nunc ea sinat ferri sponte, pro sua cuiusque uel
natura, uel industria: Sed sicut à deo condita sunt pri-
ma corpora, ita sentias omnia condi, seruari, & regi.

Atque hæc rerum administratio incōprehensibilis est rationi, fidei autem certissima est.

Sunt qui tituli uice exponunt hoc: In principio creauit deus cælum & terram: Quasi uelit Moyses generali propositione & titulo, cōplecti totam creaturam: quasi diceret: Cælum & terram, id est omnes creaturas, celestes, et terrestres, quos mouet, & firmamentum secundo primum die conditum est, & adpellatum cælum. Iam & uulgato more in scripturis, cæli & terræ nominibus omnes creaturæ ueniunt. Ego sic sentio *ἡ γῆ τῆς οὐρανῆς* exponendum esse, non tituli uice, ut intelligas primū opus & primi diei opificium fuisse cælum & terram.

Nam quia ratio lectionis postulat, ut de terra ita sentias, & in principio creata sit ante lucem, cogimur ut idē de cælo sentiamus. Nam & postea inquit, non fiat terra, sed adpareat ex aquis. Sed obstat & secundo die firmamentū conditū est, & & dici & esse cælū nihil est quod dubitemus. Mea sic est ratio, primum omnium esse condita corpora, quæ locus & receptaculum aliarum creaturarū essent. De terra non est quod laboremus, quā eodem ubiq; nomine signat. De cælo non conuenit. Mihi simpliciter uidetur, cælum quoddam conditum, quod postea abyssum, id est, obscurum quoddam aqueum corpus uocat, cum ait: Terra erat inanis & uacua, & tenebræ erant super faciem abyssi. Vult enim significare obscura fuisse, & tenebricosa illa corpora quæ condiderat,

ANNOTATIONES PHIL.

terram & abyssum seu cælū. Deinde idem cælum, quod
 primo die conditum est, factum esse firmamentum, & di-
 gestum esse in tot orbes: Ita ut non creatura, sed ornatus
 creaturæ describatur secundo die. Nō enim dicit, fiat cæ-
 lum, sed fiat firmamentum seu extensio, id est, fiat illa cæ-
 turæ pphe-
 lorū compages & dispositio, quam nunc cernimus. Nam
 tæ, Extē-
 ditæ lū. alias nusquam narrat cælorum seriem compositam, & q̄
 secundo primū die cælum adpellauit nihil obest. Nam &
 tertio primū die uocauit aridam terram. Sic ergo sentio
 primo die condita esse hæc corpora, cælū quoddam ob-
 scurum, quod esset reliqui opificij receptaculum, & ter-
 ram, & in adpellatione cælorum aquam comprehendit.
 Nam cælum esse aquā, etiam Hebræi nominis affinitas de-
 clarat. Et cum cælum & terram & aquā dico, intellige
 Chaos solida ac integra corpora, non chaos Platonicum, aut ma-
 Platoniz-
 teriem rerum, quam finxerunt prorsus informem.
 cum. Iam et hoc obseruandū est, q̄ hic Moyses de solis cor-
 poralibus creaturis scribit, nihil de spiritibus, sed Prophe-
 tæ opus creationis latius postea exposuerunt, ut est cer-
 nere Psalmo centesimo tertio. Et hæc quidē de hi-
 storia, quā frustra audieris, nisi fide sentias, deum esse in-
 fusum itra creaturas, seruare eas & administrare &c.
 Hic usus creationis docetur à Hieremia capite quinto et
 decimo. Hactenus de conditione primorū corporū
 nunc sequuntur causæ cur reliqua condita sint. Hiero-
 nymus duo Hebræa duobus synonymis reddidit, Septuas-

ginta interpretes, inuisibilis & incompressa, ea expositio multum negocij fecit Augustino, Chaldaei uasta & uacua quemadmodum & nunc Iudaei exponunt: & ego naturam uocum hebraearum recte reddi iudico. Estque sententia: Terra erat uasta, id est, incompressa, immixta aquis, Terra uacua dum certo loco consistens: Et uacua, id est, nondum stabilita, uacua tecta plantis, nihil dum gignens. Primum ad terrae figuram uicest, pertinet: Secundum ad uim gignendi. Docet autem Moses. *ler.* q̄ sicut per sese gigni res non potuerunt, ita nec per sese perfici: & ut ante de conditione diximus, ita nunc de rerum conseruatione, & perfectione dicendum est.

Philosophi docuerunt eam esse terrae naturam, ut si *Philoso.* extra suum naturalem locum dimoueatur, sua sponte reopinio labatur ad locum suum, ut in saxo adparet. Hic ostendit Moses non esse naturam terrae hoc uel illo loco subsidere, sed uoluntatem dei, qui ei definiuit locum, sicut postea dicitur.

Item nemo philosophorum non putat esse terrae naturam q̄ seminibus in eam coniectis gignit plantas. At Moses dicit terram uacua fuisse, id est, cum iam condita esset ad huc immixta aquis circumlatam. & nihil gignere potuisse. Ergo q̄ talis est terra, q̄ credita semina cum foenore reddit, non terrae natura est, sed uoluntas dei est, et hanc immensitatem dei undique se in omnia effundetis, qui capiat humanam ratio? Et recte quidem terrae uastitatem & uacuitatem tribuit, abisso tenebras, nam & terra est quae gignit, caelis

ANNOTATIONES PHIL.

corpus lucis capax, ideo ait, & tenebrae erant super faciem abyssi.

Abyssus aquae Abyssus aquae sunt, quae caeli, & receptaculi uice erant
mam de eo certe corpore loquitur, cui postea lux indita est. Atque hic iterum docemur non natura corporibus congenitam esse lucem, sed uoluntate dei inditam, ut sciamus non initia tantum, sed & conseruationem corporum dei opus esse.

Hic ferè de iustificatione hominis, & noua creatura differitur, quomodo euacuari carnem, & tenebras fieri in nobis oporteat, ut reficiamur spiritu, & luce dei. Recte quidem illi, sed haec nos suo loco capite tertio dicemus. Caterum fateri necesse est, eandem esse rationem creandi, & recreandi, sed hic Moses hoc potissimum docebat, quod Apostolus ait: Omnia ex ipso, per ipsum, & in ipso esse, ut discamus confidere ei, cui scimus creaturas curae esse.

SPIRITVS FEREBATUR

super aquas.

Spūs dei Hec de aquis dicit, quas abyssus illa intra se continebat. Spiritus dei in scripturis spiritum sanctum significat, ideo non exponemus de aere, nam aer aqua est, & pro ferebatur, fouebat, legunt Basilius, Ambrosius, & Hieronymus & Syrum quendam testem citat Basilius. Atque ita idem hic docetur quod supra, conseruationem aquae non naturae esse, sed spiritus sancti incubantis aquae. Et haec de caus

sis sequentium operum.

ET DIXIT DEVS.

Sequitur creaturæ seu opificij mundi dispositio.

Ex hoc loco ferè accepta sunt, quæ de uerbo dicuntur Psalmo trigesimo secundo: Verbo domini cæli firmati Psal. 32. sunt &c. Item: Ipse dixit & facta sunt. Et Iohannis primo: Omnia per uerbum ipsum facta sunt. Et Hebræorum Hebræ. 1. primo: Portans omnia uerbo uirtutis &c.

Dicere, est parere uerbum aliquod, & quia ante omnia sese cõsiderat pater, & in consideratione suæ potentie ordinẽ et rationẽ omniũ, quæ cõdi possunt: Ideo uerbum simpliciter cogit, quod & imago patris est, & ipsissimum consilium faciendi omnia &c. Per hoc uerbum & condita sunt omnia, & seruantur omnia, & renouantur omnia paulo Ideoq; Iohãnes in eo ait esse uitã & lucẽ, sicut i hoc textu uidemus lucẽ, & uiuẽtia per uerbũ condi. Discemus ergo hic præter cætera, quã oporteat esse uerbi incarnati operationem in corde nostro, nimirũ cõdere nouã uitã Psal. 106. & nouũ lumẽ, iuxta Psalmũ. 106. Misit uerbum suum & sanauit eos. Ita facile intelligi poterit, quid Iohannes secutus sit in Euangelij sui principio. Cæterũ de uerbi potentia uide Psalmũ. 28. Habes quid sit quod ait, dixit, id est, Verbũ effudit, quod est eius consiliũ condendi oĩa. Sed hic mirari quispiam possit, cũ per uerbũ oĩa condantur, cur nõ & supra addiderit, dixit, & creauit cælũ &

ANNOTATIONES PHIL.

terram: Ego causam non uideo, nisi forte Verbi naturam
Moses indicari certius ita putauit, penes hoc, quod tum
demum fecit eius mentionem, cum lucem condi scribe-
ret. Certe enim Verbum lux est, & splendor paternæ glo-
riæ, & illa ipsa illuminatio uultus dei, quam sic ubiq; uo-
cant propheta. Nam creaturæ sic describuntur, ut ex eis
disci diuinitas debeat, sicut & antea spiritum sanctum

Aquæ cō supra aquas ferri scripsit, ut eius naturam nobis indicaret
iunguntur aliqua parte: & huc respexit Iohannes, cum uim illumina-
spiritui nandi uerbo tribuit.

Lux. Lux quid sit, cerni rectius potest, quam dici, estq; illa
ipsa claritas quæ cernitur, quæ omnia ostendit, sic & in
corde nostro, clara ostensio lux est.

ET VIDIT DEVS LVCEM,
quod esset bona.

Id est, adprobauit. Porro adprobatio, est eius conser-
uatio. Ita iterum uides non condi tantum res, sed & ser-
uari à deo. BONA: Id est, cuius esset aliqua in creatu-
ris utilitas: Nam omnes creaturæ, alicui officio seu mini-
sterio destinatae sunt.

ET DIVISIT DEVS
lucem.

Tenebræ non sunt. A uespere ad mane supputatur dies, tum ut intelliga-
mūs in hoc signo omnia ex tenebris & nihilo progressa
cōditæ quæ esse, tum ut uniuersaliter intelligamus opera dei à nihilo
nihil sunt esse, tum ut uniuersaliter intelligamus opera dei à nihilo

ad esse progredi creaturarū & c. Item uices diei & noctis, somni & uigiliarū, haud dubie significationes sunt mortis & resurrectionis.

DIXIT.

Idem uerbū est quod paulo ante diximus esse cōsiliū patris, hic obseruabis egregiam sententiam, secunda Petri tertio, ubi docet & conditionē & conseruationem, & durationem calorum in uerbo dei consistere: Reprehendit enim impias cogitationes de natura rerū (sic enī cogitat ratio) hi motus statim sunt & regulares, hic naturae cursus est, quem uidemus, quid negocij esset deo, cum tam minutis, & uilibus creaturis, res quaeq; pro sua natura fertur & c. commentū est de die nouissimo & c. Has dicorationis nostrae cogitationes reprehendet, inquit: Imo uerbo dei consistūt celi, non natura sua: Et idē uerbum dei est, quod praedicatū est uobis, de die nouissimo, de renouanda creatura: Ergo tantisper celi durant, donec uerbo cōseruantur: & pulcherrima uoce ibi usus est ut thesaurus repositi uerbo: Idem est in Psalmo centesimo quadragesimo octauo. Statuit & non praeteribit. Ita uides urgere scripturā, ut discamus, & oīa in manu dei esse, & postea confidere deo, & timere deum.

FIRMAMENTVM SIVE

extensio.

Haud dubie significat illā orbiū cōpositionē & distim

2. Pet. 3.

Vt musca

Psal. 14.

ANNOTATIONES PHIL.

tionē, quæ nūc est: & sic huius diei opus à primo opere distinguitur, q̄ primo die conditi sunt cæli, aquea quædã moles &c. quã hic opinor uocari aquas, supra cælos. Secũdo die digestos esse, hos orbis inter aquas: iuxta Psal. 103. *num centesimum tertiuũ: Extendens cælum sicut pellem* Ex Heb. *laqueans inter aquas altitudinem eius: Nam cæli sunt aquea corpora.*

Ezech. 1 *Quia Ezechiel primo capite scribit se supra firmamẽtum uidisse thronum, & in throno sedentem uelut hominẽ: intelligamus aquas supra cælos locũ illum: qualis qualis est, ego aerem esse iudico.*

Quod hic locus est, Hebræis rectius statio est, ut significet ad uerbum de i, constitisse aquas, etiam nullo cõmodo receptaculo: Quis enĩ aquarũ receptaculũ aestimet? Huc illud Prouerbiorum octauo pertinet: *Legem ponebat aquis ne transirent fines suos.* Et Prouerbiorum decimo: *Qui colligauit aquas &c.* Sic de terra consistente in aquis, sicut in Prouerbijs ait: *Adpendebat fundamenta terræ &c.* Hæc cum considerant sancti, aquas, terram, suspensas esse uerbo dei, certe intelligunt omnia diuinitus regi, seruari & donari. Et uidimus exẽpla ubi aquæ cesserunt uerbo dei contra naturam, sicut in diluuiio in profectioe ex Aegypto.

VIDERE QVOD SIT BONVM.

Est aspectus seu decretum dei ordinantis creaturã ad utilitatem aliquam, sicut infra de homine latius dicemus.

Primũ

Primum hic obseruabis uanum esse commentum philosophorum, quod de ordine causarum, & de fluxu syderum prodiderunt. Nam ante astra conduntur plantæ, quas potissimum nasci & seruari uirtute syderum existimauerunt.

Quod non simpliciter dixit herbæ aut lignum, significat non naturam herbæ esse, aut ligni semen gignere, sed dei donum esse, ut Matthæi sexto dicitur, Fœnum agri Matth. 6. uestit: & eodẽ loco uides, quomodo creationis argumento Christus ad confirmandam fidem usus sit.

Item quod dicit, facientem semen, non eò pertinet, quasi Pater seminis natura sit gignere, nam Verbi dei est. Dicit enim opatur in Christus, pater uestit: sed ideo sic loquitur, ut doceat creaturas esse instrumenta in quibus operetur. Quod si res tantillas administrat & saluat, cur non animas etiam nostras regeret & saluaret? Ideo minutæ istæ creaturæ conditæ sunt, ut significaret uelle se in uilibus & abiectis rebus operari.

In hoc opere disputari solet, quomodo cum antea lux creata sit, & distinctus à nocte dies, iam hoc soli tribuatur. Basilius respondet antea conditam esse lucem Basilius. nunc lucernam, & illius lucis uelut candelam.

Nazianzenus penè explicans quod à Basilio dictum Nazian. est, ait primo die lucem esse conditam, diffusam passim in totam uniuersitatem mundi, quæ postea, ceu undiq; collecta coacta sit in solem.

Ambrosius aliam lucem esse, quæ primo die, aliam quæ Ambro.

ANNOTATIONES PHIL.

quarto condita est, in sole putat. Ego sic sentio, & lucē primo die conditam esse, & dici noctisq; discrimina. De inde die quarto additum esse solem lumen clarius, & di ei discriminatorem cognobiliorem. Fuerunt ante solem certe orbis caelestes, quos lucidos esse etiam si uacaret sole aut stellis uerisimile est.

SINT IN SIGNA.

Hic palam redarguuntur philosophi, qui uim quandam syderibus tribuunt, defluēt in rerum inferiorum corpora, cum scriptura dicat ea esse tantū signa: sed hic laboratur, quarum rerum aut quorū eueniū signa sint. Respondeo, eorum ad quae is instituit qui condidit, & ille se exponit in lege, cum uetat praedictiones humanas audiri in euangelio, cū inquit: Erunt signa in luna, significat indicari magnas calamitates p̄ eiusmodi signa: Sunt ergo stellae non auctores, sed signa, & signa non omniū euentuum, sed eorum ad quae deus ordinauit, et quorsum ordinari haec signa, sciri nō potest nisi è scripturis. Porro scripturae docent signa esse operum uel euentuum, sicut uocant, naturalium seu tempestatum.

VICES TEMPORVM

Hic uero pulcherrimum opus sapientiae dei, & discrimina motuum orbium caelestium indicantur. Sed & hic obseruabis motibus orbium non res, sed tempora uariari.

QVINTVS DIES.

Quod ex aquis uolatilia produxit, id est, quod ante dixit, aërem aquam esse. Iam inter natantia et uolatilia magna cognatio est, q̄ eodē modo in suo elemento utraq; ferantur, deinde multis auibus & natare et uolare concessum est, sicut Mergis, & similibus quæ ad aquas colunt.

Dignissimum obseruatu est, q̄ quanquam aquis præcepit, ut producerent, tamen postea subiicit, creauit deus, ut significet omnia nascentia, quanquam naturali modo gigni uideantur, tamen diuina ope condi. Sic nobis inculcat accurate Moyses oīa fieri arbitrio & uirtute dei.

VIDIT QVOD ESSET BONVM.

Prima utilitas omnium creaturarum est, q̄ conditæ sunt ad declarandam auctoris gloriam. Ideoq; in singulis animalibus præter alia commoda singula ferè uitæ exemplum, item significationē tum potentie tum potestatis suæ prodidit. Et quia de uenenatis potissimum quæri solet, primum considerabis, nullum esse uenenum, cuius nō sit aliqua insignis commoditas. Deinde quàm uilibus bestiolis quanta sæpe cōficiat deus, ut cum uides solo aspectu aspidis necari robustissima corpora, considerabis quàm horrendus sit aspectus auctoris, si irascatur.

In leone manifesta sæuitia aduersū seua et repugnātia

ANNOTATIONES PHIL.

manifesta clementia erga imbecilles. Et huc pertinent discrimina animantiū, quæ sunt in lege, ubi alia conceduntur, alia interdiciuntur. Cæterum quæ sit utilitas ex piscibus, ex capite nono adparebit, ubi primum deus ius fecit hominibus uescendi animantibus.

DIES SEXTVS.

Plenissimus hic locus est multis & euangelicis mysterijs, propterea singulas eius partes ordine exquamur, & principio intelligamus hic loqui Moysen de hoīe qualis cōditus est icorrupto & gerente imaginē dei

- I De alijs animantibus inquit, producat terra, producat aquæ & c. de hoīs ortu ait, Faciamus & c. ut significet aliter nasci & interire alia animātia atq; hominē.
- II Quod dicit faciamus, certa nota est Trinitatis, neq; hoc temere est, q; Trinitatem indicat, cum de homine cōdendo loquitur, nam antea dixit: Fiat lux.
- III Ad imaginē & similitudinē nostrā, hebraice: In imagine nostra secundum similitudinem nostram.
Nondū apud me cōstitui quid uelit sibi hæc loquendi figura, de sententia cōuenit hominē esse imaginē dei, quod quid sit paucis exponendum est.
- IIII Sunt qui rationem imaginis eō referūt, q; homo præsit alijs creaturis, sicut apostolus uidetur dicere prima Corinthiorū undecimo. Vir est imago & gloria dei, id est, uir præest. Quæ sententia quāquam mihi non satis

facit, tamen in eam cadit quoq; quàm nos sequimur.

Quid sit imago ex quarto Ephesiorum intelligi potest, cum inquit: Induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est, in iustitia et sanctitate ueritatis. Et ad Colossenses tertio: Renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Et secunda Corinthiorum tertio: Nos omnes reuelata facie gloriam dñi specularis in eandem imaginem transformamur. Est ergo imago dei, natura perfusa sapientia et iustitia lumine et gloria dei. Et hinc intelligis qui fuerit status primæ conditionis, et qua gloria exciderimus, nunc caro nihil nisi carnalia intelligit aut querit et c.

Et quia talis fuit homo, ideo præfectus fuit omnibus VI creaturis. Ita uides priorem sententiam cum hac conuenire: et de hoc imperio Psalmus loquitur: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Nam quod in Adam amisimus, per tamen di-
CHRISTON recuperatum est. Magno
scrimme

Et quid sit esse dominos omnium creaturarum, notum recuperatum est. Est enim omnibus creaturis ad salutem uti, nulli creatum est. atur et subijci posse, sed soli deo subijci: de hoc imperio Est esse ad Romanos octauo loquitur Paulus: Confido quod ne- in deo. q; mors et c.

Quæ hic dicuntur de imagine et de imperio in creaturas, non dubium est quin ad CHRISTVM pertineant, Vaticanum qui et perfecta imago est patris, et sedet à dextris patris, um de et c. Ita uides oia esse cõdita in CHRISTVM, CHRI Christo.

ANNOTATIONES PHIL.

STVM uero factū esse, ad declarandam magnitudinē gratiæ & misericordiæ patris &c.

Fides

Quando in uniuersa scriptura omnia sunt ad fidē & charitatem referēda, disces ex primo capite, fidē in eo q̄ condi, seruari, ali & regi omnia manu dei scribitur. Nā cum humanæ impietatis caput sit ignoratio dei, qua cogitamus omnia nasci & euenire naturali quadā dispositiōe, nec curari res tam uiles à deo. Necesse est uerbo dei fidē edificemus, qua credamus & cōmittamus nos ei, hoc

Matth. 10

Christus ait Matthæi decimo: V estri capilli capitis omnes numerati sunt. Huc pertinet totus Ecclesiastes.

Præterea CHRISTVM disces, cum scribitur ad similitudinē & imaginem dei conditum esse hominem, cui imagini nos restituit CHRISTVS, qui fuit natua & ppria imago patris. Sunt & alia de uerbo, de spiritu sancto, quæ suo cuiusq; spiritui meditando relinquo

Charitas

Charitatē hinc disces, q̄ oēs creaturas usui alicui destinat, cū inquit: Vidit deus oīa quæ cōdidit, & erant ualde bona. Quæ sententia primū hoc docet, gloriā dei, potentiā & misericordiā in singulis creaturis representari, sapientiā in dispositione orbium celestium, potentiā uultus iræ eius, in aspide etiā aspectu necante, misericordiam in plerisq; ut in pullis coruorū. Deinde iubet ut singula

Lex natura.

singulis per sua dona seruiant. De lege natura uarie disputatū est à multis: mihi nō aliter posse rectius explicari uidetur, q̄ hic expressit Moyses. Decretū dei esse legē

naturæ, ordinantis singula ad gloriæ suæ ostensionē, & ad mutuuum obsequiū inter creaturas: ut si de homine loquaris, homo conditus est ad imaginem dei. Et uidit deus bonū esse opus quod fecerat, id est, ordinat hominem ad imaginem illam conseruandam, & cum imago dei sit p̄sum esse luce & cognitiōe dei, ordinatur homo ad cognoscendū & glorificandū deū. Deinde q̄ uidet bonū opus esse, destinat utilitati creaturarum, ut mutuuum obsequium alij alijs præstemus. Item lex charitatis expressa est, cum iubet crescere & multiplicari. Nam cum gignere iubet, certe excolere præcipit quæ genuimus. Ita inter se omnes homines necessitudine genituræ coheremus. Iam in Hebræis pro crescite est fructificate, quod ad omnia obsequia pertinere uidetur.

CAPVT SECVNDVM.

IN scripturis de sabbato passim multa leguntur, quæ ex hoc loco uelut ex fonte deriuata sunt. Primum autē hic queritur, quomodo septimo die quieuerit, cū tamē perpetuo creet, iuxta illud in Iohanne: Pater meus usq; modo operatur. Et in Actis: In ipso sumus, uiuimus & mouemur. Respondco primum, hanc requiem esse accipiendam sic, q̄ non perrexit plura genera rerum condere, quàm enumerata sunt, adeoq; q̄ conquiescat deus i hoc opificio. Ita certo sentimus, nō plures esse

ANNOTATIONES PHIL.

aut futuros mūdōs, hunc solum esse hominum ortum & lapsum, hoc solū esse hominū genus, ad quos Christus pertinet, quod expectet consumationem seculi, et iudicium.

Item ideo circumscripsit creaturas, et finiuit opus die septimo, cum iam omnia homini subiecisset, ut certo sciremus, omnia nobis subiecta esse, siquidem nulla alia genera creaturarum erant condenda: hoc dominiū in Adam amissum, in Christo recuperauimus. Postremo ideo cum quiescit in hoc opificio, ut sciamus hoc esse opificiū, quod glorificandum sit.

Requies finit genera creaturarum, sed hæc non consummatur, nisi ubi nihil prorsus operatur deus, & creaturæ intereunt. Ea requies est Christi, qui deus est, morientis, & quiescentis sabbato in sepulchro, & uere sabbatizantis: Significauit ergo Moses hoc uerum sabbatū dei. Præterea hoc sabbatum dei, & interitus creaturarū benedicatur & sanctificatur, ergo non sic intereunt creature ut nō renouentur, sed ut ex hoc interitu renascentur glorificatæ, & sanctificatæ.

Exod. 20 Et hoc est quod Exodi uigesimo præcipitur sanctificatio sabbati, scilicet ut credamus sabbatum Christi sanctum esse & salutare, et nostrū sabbatum seu interitū benedici, eo quod sabbatū Christi benedictū est. Huc pertinet
Hebræ. 3. ea quæ de sabbato ad Hebræos tertio scribuntur, et quarto, requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis
¶ Deus quiescit in his creaturis, quia uult has glorificare

Adam excidit. In lege iterum præcipitur sabbatū, ut II
significetur futurū tamen, quanquā ceciderimus, ut qui= III
escat in nobis deus.

Quiescere deum in nobis, est non mouere creaturas IIII
ut agant naturalia opera, sed absorbere nos intra se, ubi
est æterna quies. Huc facient quæ sunt apud Esaiam de
sabbato, & in epistola ad Hebræos.

Illud quiescere non potest fieri integra uetere crea= V
tura, quia uetus creatura tantum est capax motionum na
turalium, ergo oportet eam destrui.

Vetus creatura destruitur uacante deo ipso, sic quie= VI
uit in sepulchro CHRISTVS.

Benedicere, est incolumitatē & profectū imperare, si Benedice
cut supra benedixit animantibus, id est dixit, ut existant. re quid
Ita hic septimo diei benedicit, id est dicit, ut proficiat hic
dies. Nam cum in creaturis incipit quiescere deus, septi=
mus dies est: illa uero quies est ppetua, iuxta illud Esaiæ
sexagesimo sexto: Erit sabbatum ex sabbato.

Sanctificare, est ad usus dei accommodare, sicut san= Esaiæ. 66
cta uasa dicuntur. Itaq; dies septimus est accommodatus Sanctifi=
usui dei. Et uide pugnantiam, deus quiescit sabbato & c. care
tamen cum sabbatū eius usui sanctificatū sit, necesse est ut
agat aliquid in eo? Respōdeo, sabbato cessat mouere na=
turali motione, & absorbet in se creaturas, quod Esaias
uocauit sabbatum dedicatū. Itaq; quoad naturaliter mo=
uemur, nondum sabbatum est.

ANNOTATIONES PHIL:

Dignitas Præcedit conditio rerum ante describendam hominis et regnū conditionem, ut intelligatur omnia esse condita propter hominis. hominem, & hominem esse præpositum uniuersæ creaturæ, quæ hominis prærogatiua describitur psalmo octauo Et Collessen. primo de Christo Paulus ait: Omnia per ipsum, ex ipso, & in ipsum, id est, ut in hæredem qui dominetur omnibus: Et ad Romanos quarto. Promissio. Abrahæ, & semini eius, ut hæres esset mundi. Nam omnia quæ de hominis dignitate dicuntur, propter Christum dicuntur, in quo recuperauimus dignitatem amissam in Adam Magnū est autem credere Christum dominari, credere nobis subiecta esse omnia.

Hæc multis uerbis describuntur, ut fides de creatione confirmetur &c. de qua supra. Iam hoc quoq; obseruabis Pluuiam esse non naturalē colluuiem aquarum, sed opus dei fœcundantis terram &c. ut Deuteronomij undecimo: De cælo expectans pluuiam: & Actū decimoquarto: De cælo dans pluuiam & tempora fructifera. Sic scriptura per omnia nobis inculcat, non naturam aliquā esse, quæ per sese gignat, sed dei beneficia esse, omnia quæ gignuntur &c.

Quod homo compositus est ex pulueribus terræ sæpe in scripturis repetitur. Psalmo centesimo secundo: Recordatus est q, puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius sicut flos agri, id est, respexit uilitatem & miseriam nostram, ideo quemadmodum pater miseretur filiorum

Et c. Itaque mortalitas & infirmitas nostra nobis propo-
sita est in puluere, sicut infra repetit: Puluis es, & in Psal. 26.
puluerem reuerteris.

Tractat Apostolus prima Corinthiorum decimoquī- I. Cor. 15.
to Adam primus factus est in animam uiuentem: Nouis-
simus Adam in spiritum uiuificantem, id est, Primus Adā
factus est, ut esset uiuus, uita naturali, ederet, biberet, gi- Egregia
gneret, haberet actiones naturales. Item ita conditus est collatio.
ut mori tamen posset. Nouissimus Adam, id est, omnes
qui in Christo resurgunt, sic sunt conditi, in spiritum ui-
uificantem, ut perpetuo uiuificentur spiritu, non habe-
ant actiones ullas naturales, sed tantum spirituales, amo-
rem dei, cognitionem dei, letitiam spiritualem, laudem
dei & c.

PLANTAUERAT AVTEM
dominus.

Qui totam terram opinantur paradisi uice futurā fu-
isse, eos necesse est fateri tamen, præ cæteris terræ parti-
bus unam aliquam amœnissimam, hic paradysum uocari,
quando & fluuium in eo esse hic scribitur, è quo deriuē-
tur Ganges, Nilus, Tigris, & Euphrates, & infra capi-
te sequente dicitur Cherub, & gladius flammeus eum lo-
cum custodire. Porro ubi sit, sciri nequit, nam et ortus Ni-
li ac Gāgis ignoratur: Ita ut in Prouerbiū cesserit de re Prouer-
ignota: Nili caput quære. Nobis satis esto, locū i oriēte bium.

ANNOTATIONES PHIL.

esse, ubicunq; est, quem hortum hic uocat. Porro q; homo in paradysum positus est, iterum significat, eum præpositum fuisse omnibus creaturis, indicatur itē cura patris de seruando & alendo homine.

Lignum uitæ. Lignum uitæ, cuius fructus uiuificabant perpetuo. Lignum scientiæ boni & mali, ea arbor dicitur, quam lex interdixerat, quia enim lex bona & mala docet: Ideo

Allegor. arbor de qua lege cautum fuit lignū scientiæ boni et mali dicitur. Et ex ijs facile est allegoriam inuenire, ut uerbum uiuificū, intelligas lignum uitæ dici: Prouerbiorū

Prouer. 3. Lignum uitæ est, his qui adprehenderint eam, & qui tenuerint eā beati. Lex aut lignū scientiæ boni & mali

Quod paradiso imposuit hominem, significatū est hominē præesse reliquis omnibus creaturis, sicut supra dicit, hominem conditum non in spiritum uiuificantē, qui spiritualiter tantum mouetur, sed in animam uiuentem hoc est, cuius opera essent naturalia, edere, bibere, gignere &c. Ea opera hic quoq; indicat, cū ait: homini paradysum cōmissum esse, ut eum coleret.

Hæc lex duo insignia docet. Primū in legibus diuinis non esse spectandū quantū sit opus quod præceptum est, sed spectanda est uoluntas dei præipientis, qualecūq; sit opus, quia ratio semp disputat de lege diuina, & iudicat eā iniquā esse, cur hoc uel illud cōstituerit, et uolūtate dei ab operis modo æstimat: Ita primū de lege dei. peccatū quotiē scūq; lex uiolatur, est infidelitas: Sicut in

Luca præcepit dominus, ut caueamus ne grauentur corda nostra crapula. Caro cogitat uile opus esse, et ab operis modo æstimat uoluntatem dei, legē contemnit. Sic in multis alijs fit, quæ in speciē nō sunt turpia, ubi sic cogitat caro, age, quid ista curet deus. Et hoc est quod Paulus ait: Omne quod non est ex fide, peccatum est.

Secūdo, hic spectāda est infirmitas nostra, q̄ si natura itegra Adā nō potuit consistere re tam facili præcepta quam dominus nūc consistant corrupta, & hic se contemplantur hostes gratiæ.

MORTE MORIERIS.

Quidā hic offensi sunt, quare dicat: Morte morieris, cum tamen Adā non sit statim mortuus. Respondent alij, statim mortuū esse, quo ad animā. Alij dicūt, quia in Hebræis est moriens morieris, significari, mortalem fieri. Ergo sic sentio, simplicissime intelligēdū esse textū, ut sonant uerba. Nā & eo die mortuus est Adam, sicut ex capite sequenti adparet. Nā mori in scripturis proprie Mori in significat confundi à cōspectu dei. In Ioanne ait Christus: scrip. qđ Qui credūt in me, non morientur. Apud Esaiam: Omnis Esaias. q̄ inuocauerit eum non cōfundetur. Illa cōfusio ipsissima mors est: Et extinctus planē fuisse Adam, nisi uiuificatus fuisse iterū uerbo gratiæ: Ipsum semē cōteret caput tuū. Item tota natura sine spiritu dei uiuificante, planē moritur, quanquā nō semper sentiat mortem, quomodo Apostolus ait, prudentia carnis mors est.

ANNOTATIONES PHIL.

NON EST BONVM HOMI-
nem esse solum.

Eccle. 4. Hic expressa est lex charitatis, tum multiplicandi ge-
neris humani causa, adeoq; hominis adiuuandi causa
homo conditus scribitur. Ortus noster, nutritio, educatio
breuiter omnes uitae necessitates ab alieno praesidio pen-
dent. Et hanc societatem hominum magnificat Salomon
Ecclesiast. quarto: Si unus ceciderit, ab altero fulcietur
Vae soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se &c.
Et in corporalibus quidem satis adparet quis sit mutuus
usus hominum inter se.

In spiritualibus idem Christus expressit, cum dedit pos-
testatem remittendi peccata. Item: Quod fecistis uni ex
minimis meis, mihi fecistis &c. Et quae hic naturae homi-
nis tribuuntur, ea potissimum ac primum sunt in Christo re-
quirenda: quia in Christi cognitionem haec omnia desti-
nata sunt, quod homo conditus est, ut homini sit auxilio, id
ita proprium est naturae Christi, ut praeterea nulli. Et ni-
si hoc in Christo uideris, nondum nouisti Christum, ipse
pro nobis mortuus, ideo resuscitatus est, ut adiuuaret, ut
subleuaret, ut tueretur fratres suos. Praeterea nos sumus
costa, ex eius latere execta, & pro costa lateri eius caro
inserta est, ut ipse sit infirmus, nos ualidi &c.

HOC NVNC OS EX OSSI-
bus meis.

Hoc quoque argumentum est omnia homini subiecta esse &c.

ERAT AVTEM VTERQUE
nudus.

Pudor ex peccati conscientia fit, propterea uacasse peccato eos significat, cum negat erubuisse.



CAPVT TERTIVM.

Quia de spirituum conditione nihil supra dixit ideo Satanam non suo aliquo nomine, sed serpentis uocat, & in serpente representat, ut uersutiam, insidias, ingenium Satanae ex serpente aestimemus, ut infra: Super pectus tuum ingredieris &c. Sunt enim omnes creaturae corporales, rerū, & euētūū typi et figuræ

Dixi supra, in omni lege nō opus, sed uoluntatem diuinam spectandam esse. Caro de uoluntate dei non iudicat, sed opere, & de opere iudicare incipit, nec tribuit deo sapientiam & iustitiam, sicut est experiri in omnibus temptationibus, in quibus aliās stulte, aliās inique constituisse deum, iudicamus. Hoc argumento primum sollicitat imbecillam rationem mulierculæ Satan. Et quæ hic extrinsecus geruntur, omnia geri solent in cordibus hoīm. Sic enim Satan alios alio impellit, illū ad libidines

Carnis iudicium.

ANNOTATIONES PHIL.

carnis, hunc ad cædes &c. quia cogitatione aliqua cor occupat &c. princeps enim mundi est: Et Apostolus dicit eum excecari corda incredulorum, ut non illucescat eis illuminatio Euangelij.

Vides infidelitatem primum peccatum esse. Credit mulier Satanæ, & uocem dei pro uano terriculamento, Infideli- pro irritis minis habet. Et hic considera blasphemi spiri- tas peccatus impietatem, qui mendacij diuinam uocem accusat: & tum. hoc est quod cum Christus apud Ioannem patrem mendacij Satan pa uocat, & satis declarat hoc exemplum, quæ sit Satanæ uo- ter menda lūtas, scilicet gloriam deo uelle detractam, & uelle om- cij. nia perditum iri. Iam ubicumq; tale cor est, quod uerbum dei ad eum modum pro uanitate habet, ita certo scias captiuum teneri à diabolo.

Calumniatur autem hic Satan, cum in bonam partem uertit, quod extrema miseria erat, scilicet scire bonum, & malum. Nam scire bonum & malum, est experiri ius Exēplū stitiam & peccatum, pacem, et mortem &c. Sic obserua- tētationū Satanam peruertere uerba dei.

CVNQVE COGNOVISSENT.

Hactenus peccatum, nunc fructus peccati describuntur: Conscientia & mors. Videre se nudos, est pudore tangi. Pudor malæ conscientie opus est, Conscientiã uero caro, uerbo dei carens, erigere conatur operibus, et Folia fici satisfactionibus suis. Has satisfactiones folia fici significat, hoc est, quicquid humana industria parat quo tegatur pec

tur peccatum. Sed id quàm nihil proffit, declarant quæ sequuntur, ubi uoce dei occiditur Adam, & rursum uiuificatur, nō aliquo humano opere, sed promisso semine, quod conterat caput serpentis.

ET CVM AVDISSENT
VOCEM.

Sequitur pœnitentiæ descriptio, & Adæ iustificatio. Pœnitentia quid. Primum autem est in pœnitentia, confundi conscientiam, id quod fit, cum audimus uocem dei accusantem, & coarctantem nos peccati. Hic iam nihil profunt perizomata Præsidia quo minus moriamur, nullæ satisfactiones nostræ, nullæ quæ quæ creatura potest nos conseruare iudicante domino, iuxta runt hō illud: Sileat à facie domini omnis terra. Et hoc est quod dicitur mines. cit CHRISTVS in Euangelio ædificare supra harenā qui nō audiūt uocē suā. Iam moriebatur Adam iuxta legis sententiā, intentabatur ira, & redactus fuisset in puluerem, nisi statim resuscitatus esset uoce dei.

Hic primum obserua, quod ait uespere dominū deambulasse in paradiso, quo significat nouissimis temporibus dominū uenturum fuisse: iuxta illud Iohelis Actuum secundum se- Actu. 11. cundo. Et erit in nouissimis diebus &c. Deinde non simpliciter dicit, cum audissent dominū, sed cum audissent uocem domini, ut significaretur filius descensurus in mundum, qui uox seu uerbum patris est.

Itaque quod hic in solo Adam, parente generis humani

ANNOTATIONES PHIL.

Euange- gestū est, geritur in toto genere humano per prædicationē
liū accu- nē Euangelij, accusantis & remittentis peccata nostra.
sat & re Et q̄ hic resurgit Adam remisso peccato, & audita pro
mittit. missione de conterendo serpentis capite, id perficietur
 die iudicij, cum mors destruetur, prima Corinth. 15.

Trāsfer- Interrogat Dominus de peccato, ut ad autorem pec-
tur pec- cati ueniat, hoc est, quod Adam mulierem, mulier serpē
catum in tem accusat. Nō enim in hoc, opinor, trans ferri culpam
diabolū. in serpētem, q̄ uellent uideri se excusasse, aut negare se
 peccasse, nam hoc nō solet uera pœnitentia. Interrogat
 autem de peccato ut condemnetur & maledicatur ser-
 pens. Nam in hoc textu mirabili mysterio serpenti male-
 dicitur, cum homini non maledicatur, ut homini relinqua-
 tur spes recuperandæ salutis: ut nos disceremus, ut ante
Volūtas potentiam satanæ, nunc rursus imbecillitatem eius. Præ-
diaboli. terea hoc spectandum est, quia maledicatur Satan, nō po-
 test uicissim non maledicere: ergo uoluntas eius est om-
 nia uelle perdita & pessum ire quæ sunt dei, sed nō præ-
 ualet, q̄ à semine Eue conteratur.

ET AIT DOMINVS AD
 SERPENTEM.

Hoc loco duo proponuntur, maledictio æterna Sata-
 næ & corporis illius, homo autē non maledicatur æterna
 maledictione, qd̄ futurum fuerit, ut redimeretur. Nā quæ
 postea sequuntur, quæ uidentur esse pœnæ, non maledi-
 ctiones sunt, sed crux & benedictio. Deinde, qd̄ sit æterna

maledictio indicat, quum inquit, Super pectus tuū ingre Super
dieris, & puluerem &c. Porro super pectus ingredi, est pectus in
pauere: atq; ea est pœna iuxta Iob, Sempiternus horror gredi.
inhabitans. Deinde ubi hæc æterna confusio & mors est,
ibi esse non potest cōsolatio spiritualis. Nam cū uerbū ui
ta sit & lux: Maledicti autem uerbo careant, necesse est
eos & uita & luce carere.

Alterum est, quod obserues, promissio gratiæ, per quā Promis
promissionē uiuificatus est Adam. Est autē hæc: Ipsum se sio gra
men cōteret caput tuū. Est autē semen mulieris CHR I= uia.
STVS, & quicumq; sunt in Christo. Caput autem ser
pentis propriissime regnum peccati & mortis est: Pecca
tum aculeus mortis est, prima Corinthiorū decimoquin= 1. Cor. 15.
to, id est, mors uires accipit à peccato, ut sit metus ater
næ iræ dei. Porro nīsidia Satani sunt, uictoria autē no
stra est, iuxta illud, Absorpta est mors in uictoriam.

MVLIERI QVOQVE DIXIT.

Mors & omnes adflictiones corporis pœna sunt pec
cati primi, sed ea pœna desijt esse pœna iustificatis, fitq;
instrumentū mortificandæ carnis, hoc est, maledictio sub
lata est, & benedicta crux est. Ad eum modū hic cū mori Benedi
oportuisset primos homines, uiuificati sunt spiritu, & im Sta crux
posita est eis crux, quæ porro carnem mortificet.

Viuificatio spūs facta est uerbo pmissionis, ipsum semē
cōteret caput tuū: & crux iponitur uerbis sequentibus.

ANNOTATIONES PHIL.

Pugnans Mirū uero, q̄ simul præcipit ut laboremus, simul ma-
 tia scri- ledicit terræ, ut frustra uideamur laboraturi, siquidē ter-
 pturarū. ra nihil præter spinas & tribulos latura est? Respondeo,
 in cruce potissimū hoc esse cognoscendum, q̄ nondū de-
 seruerit nos dominus. Ita hic, ideo terræ maledicit, ut sci-
 at Adam donum dei fore, quicquid terra tulerit, & latu-
 rum tantum, quantū nos credimus, nihil laturā, ubi nos
 non credimus.

ET SVB VIRI POTESTA-
 TE ERIS.

Vir ca- Obseruādus est locus necessarius, in eo q̄ ait: Sub pote-
 put muli- state uiri, eris, qd' iisdem uerbis uiro commissā est pote-
 eris. stas regendi, non mulierem tantum, sed præter eam om-
 nia. Id Apostolus prima Corinthiorum undecimo sentit
 cum uirum caput mulieris uocat. Item imaginē & glori-
 am dei, id est, præidentem & regentem. Nunc cum ui-
 ro cōmittitur imperium, uult deus per illum nō mulierē
 tantum, sed omnia humana regi, à patre sobolem & fā-
 miliam & c. quæ ordinatio & in decalogo cōtinetur: Ho-
 nora patrem & matrem, ubi parentibus committitur im-
 periū. Hoc item est quod Roman. tredecimo dei ordi-
 nationem potestatem uocat, nam hac ordinatiōe, cum ui-
 Etiam diro committitur gubernatio, facit auctoritatem civili ordi-
 scolis pa nationi, ī qua multi se, uelut unius patris curæ familia cō-
 rendum, mittunt. Cui ordinationi Apostolus iubet obedire, quan-
 esse.

quã sãpe hi qui regunt, per uim usurparunt imperiũ, et fieri uix possit, unus tam multis regendis satis est, tamen quia dei ordinatio est, parendum est. Sed hæc obserua, q̄ mulieri præcipit, ut pareat, non uiro ut imperet, quanq̄ hoc necessario sequatur, sicut & in decalogo, Honora Magi patrem & matrem, ut eos qui parent, doceat, auctorita- stratus. ti diuine obnoxios esse magistratui, & parẽdũ esse magistratui, sicut Paulus scribit ad Ephesios, sicut domino Hic autem locus de magistratibus subinde in hoc libro & reliqua script. latius explicatur.

ET VOCAVIT ADAM.

Quod indidit mulieri nomen Viuæ iam post lapsum, Viua auditis iam uerbis dei, haud dubie significauit Moyses fidem Adæ, conceptam iam de uita è promissione dei: quasi sic uelit dicere Adam, Viuemus ergo qui morti destinati Exultæramus, peccatum condonauit pater, reliqua uita, iam uetio sentire uita esto, quia spiritu uiuificamur: & qui a semen tuum entis se conteret caput serpentis, hoc est regno mortis, adpello restitutũ te matrem uiuentiũ, ut sit hæc adpellatio mulieris testi- in uitam moniũ fidei Adam, & Mnemosinon gratiæ dei promissæ per semen mulieris: & breuiter, signam fidei credentis mortem iam non esse mortem, sed uitam.

FECIT QVOQVE DOMI-
NVS DEVS.

Ex perizomatis & uestium significatio colligẽda est

ANNOTATIONES PHIL.

Pudor. Perizomata autem certum est Adam fecisse, q̄ nuditatis opus conpuderet. Sic enim ait: cū cognouissent se nudos esse & scientiæ. quæ perizomata nuditatē tegere, ueniente deo in paradisum, nō potuerūt. Itidem ait: Timui eo q̄ nudus essem. Fuit itaq; hæc faciendæ uestis caussa, ut tegetetur Adæ nuditas, hoc est turpitudine, nam hæc nuditas est, cuius pudor est cōfusa cōsciētia det Adam. Proinde cum tegitur ueste, confirmatur eius conscientia à deo, ut sustinere eius conspectū & uocem possit. Nullis humanis operibus aut satisfactionibus tegi peccata nostra possunt. Teguntur autem fide uerbi dei. Iuxta illud, Beati quorū tecta sunt peccata. Nam iudicio dei nihil opponas, præter uerbū eius, quo uelut propitiatorio tegimur, ne gloria seu claritate dei consumamur. primū ergo tegitur Adæ nuditas à deo, quia nullo humano opere conscientia confirmari potest, iudicante deo, deintus pellibus tegitur, hoc est uerbo crucis, interim dū glorificemur. Nam hic haud dubie significatū est, futurū ut tegat nuditatem nostram noua carne in resurrectione mortuorum. Sicut secunda Corinthiorū quinto, de uesti endo & superuestiendo differit Apostolus. Ita hic dicimus primū uestiri nos uerbo crucis, postea etiam glorificari carne noua & spiritali.

ECCE ADAM QVASI VNVS.

Ironiam esse uolunt coarguentis Adam, q̄ serpenti crediderit, pollicenti similem fore deo, quasi diceret, Vi

de Adam cuius uerbo credideris, ego iussi ne ederetis è
 ligno scientie boni & mali. Serpens contra, edentibus
 pollicitus est similes fore deo, meo uerbo non credidisti, **Acris ob**
 quod ueritas & uita est, ergo mori te oportuit credentē **iurgatio**
 mendacio, uide quàm non similis nostri factus sis, morti,
 peccato factus es obnoxius, ubi sunt igitur illæ formæ
 dei, sapientia, iustitia, uita, quas p̄misit serpens? Sed præ
 ter hæc sentio simul coargui Adam, et promitti similem **Crucis**
 fore deo, quasi diceret, Vide qualis sis, scilicet dānata ca **cōmenda**
 ro & immunda, quæ non saluabitur: erit tamē, cum sicut **tio.**
 unus ex nobis fias, non hac uia qua uolebat serpens, sed
 hac uia quam ego nunc propono tibi, nempe uia crucis
 & mortis: erimus enim similes dei in Christo induti glo-
 ria dei &c. Ioannis tertio: Cum apparuerit similes eri-
 mus ei &c.

EMISIT EVM DOMINVS
 DEVS.

Quantum iam obscure promissum sit Adam simile
 fore deo, tamen nunc eijcitur è paradiso, quia non ante
 deus glorificat quàm humiliavit, adeo sunt dona dei iu-
 sticia & uita abscondita formis crucis seu mortis. Et hoc **Deū nos**
 est cur eijciatur Adam, & obijciatur morti, quanquā spi **se i crus**
 ritu uiuificatus sit. **cc.**

COLLOCAVIT ANTE
 PARADISVM.

Dixi supra hoc loco me cogi, ut sentiā paradysum esse

ANNOTATIONES PHIL.

Paradi-
sus. peculiarem quendam locum in terra, à qua simplicitate textus nō facile discedo, qui uolet hæc curiosius persequi sciatis incerta esse, quæ scriptura non docet, & nobis in ijs locis potius immorandum esse, qui fidem & charitatē edificant, quā in huiusmodi quæstionibus curiosis magis quàm utilibus.

Certum est autem hæc ideo scripta esse, ut sciamus ad uitā nullis humanis uiribus redire posse, iuxta illud: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo.

Pugnans
scri-
pturarū. Atque hic obserua miram contradictionem, antea dictum est, futurum ut semen Eue conterat caput serpentis: hic negat ad uitam reditum esse hominibus: ergo necesse est è cælo uenire, qui uiam faceret ad uitam. Ceterum si quis allegoriam requirat, angelus armatus gladio legem significat, quæ instrumentum mortis est, Custodit igitur uiam ad lignum uitæ.

CAPVT QVARTVM

I **V**ide fidei conflictationē, unico uerbo subleuatus est Adam, Ipsum semen &c. è quo uerbo spes salutis concepta est, postea eijcitur è paradiso, iter ad uitā intercluditur per angelum, inter hos insultus tamen concipit fidem.

II Confirmata est fides genito Cayn, q̄ iam cerneret nō se tantum uicturos, sed & posteritatem fore, imò q̄ sci-

rent promissam de semine salutē, quasi sic dicerent, Ecce promissionem de semine habemus, qd' conterat caput serpentis, gaudcamus igitur nobis sobolē esse, è qua nascatur olim, qui serpentem conterat: hunc adfectum testata est mulier, cum ait, Adquisiui hominem per deū &c. Sed iterū concussa est fides, ubi uiderūt Abel occisum, Cayn à deo reiectum.

Sequenti exemplo exhibētur nobis primum, cura dei pro nobis donantis uerbum, docet autem hoc uerbo suo fidem & charitatem.

Docetur charitas cum reprehendit deus Caynum ira II tum fratri.

Fides docetur & discrimen operum, cum ait, nōne III si bonus fueris, oblatio &c. id est, ualebit quidem opus, si cor bonum est, quod quid aliud est, quàm quod scriptura ubiq; docet, ex operibus legis non esse iustitiam.

Proposito discrimine operum & fidei, legem subiicit nisi enim discrimen operum & fidei tenetur, frustra do- Lex. cetur lex. Sub te erit cupiditas eius, scilicet peccati, id est, Ira concepta aduersus fratrem sub te esto, et tu dominus illius, id est, ne obsecundes iræ, ne subigat te ira, sed tu illi imperes. Nā q̄ futura & iudicatiua uerba sunt, sub te erit, hebraica phrasis est, quæ pro imperatiuis solet iudicatiuis uti, ut in alijs legibus est cernere, Non concupisces. Porro iisdē uerbis supra dictū est, sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Vides autem hic præcepta

ANNOTATIONES PHIL.

Præce utriusq; tabula, primæ tabule de colendo deum, nõ opera
pta utriusq; tabule, sed fide, ubi negat oblationem esse, qualecunq; opus
usq; tabu Deinde secundæ tabule præceptum, cum uetat occidere
le fratrem, neq; id solum, sed & irasci uetat, hoc est, quomodo
 docunq; alterius famæ, rebus, uitæ male uelle. Quid autem
 efficiat lex sine spiritu uide, animus Cayn magis insolescit,
 quãquam interim dissimulet iram: dicit enim scriptura:
 Et locutus est Cayn cum Abel fratre suo, id est iam uelut
 posita ira, in speciem benigne cõpellauit & tractauit
 fratrem, nihil minus præ se ferens quàm quod gererat in
 pectore.

VBI EST FRATER TVVS.

- I** Multa sunt in hac historia obseruanda. Primum, dei
 cura pro fidelibus, siue uiuât siue moriantur: iuxta illud
II Domini sumus siue uiuimus siue morimur. Secundum,
 cum tanta cura sit, cur non potius uiuentem seruaui, cur
 conuiebat cum occideretur Abel? respondco, Hæc do-
 ctrina crucis est, ut discamus non esse deserti, tunc, cum
 maxime deserti uidemur. Item post mortem uindicat
 dominus, ut ostendat illi meliorem spem repositam esse
 post mortem.
III Figurata est Ecclesia, nã ut Christo sublato, putabãt
 iam Iudæi se regnare, tum resurgit CHRISTVS, &
 illos disperdit &c.

Fides Fides ẽ certo sentire deo nos curæ esse, deũ præsto, es
quid se, opẽ ferre &c. qualecunq; est qd' patimur. Sed q' hic nõ

ostēdit se deus, nec adiuuat, prius quàm Abel interfectus fit, nō solū ostendit quæ spes supersit mortuis, sed & docet primū bonā uoluntatem esse suā occidi nos, & ne tū quidē abesse, cum minime adesse uidetur. Desertus uidetur Abel à deo, cū iam à fratre oppressus esset, sed post illius mortē palàm testatur se nondū descriuisse quæ putēt esse. Cur æ erat Abel deo, nec tamen adiuuit ille, tum cum oportuisse uidetur, ergo bona uoluntas dei est adfligi, & occidi sanctos.

Caro uult iustificari oīa sua, spūs est qui deo gloriā ueritatis & iustitiæ tribuit, iuxta illud: Tibi soli peccaui et malū coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris, id est, peccatū meū cōfiteor tibi, ut palàm fiat, q; tu sis iustus, nō ego, et uincas cū te iudicāt hypocrite. Itaq; nō tribuūt deo impij gloriā ueritatis & iustitiæ. Quare hic Cayn dissimulat cædem, & id quidē corā deo, quæ putat falli posse, atq; hæc radix est omnium peccatorū, q; i carne talis est ignoratio dei, ut putet deo nec bona nec mala nostra curæ esse: Dixit insipiēs i corde suo, nō est deus. Et in uniuersum sic i sanctos ipij p cōtēptū dei grabātur, sic peccāt i uniuersum quicquid peccāt

Caro uult oīa sua iustificari.

Impij de deo quid sentiant.

Impij non possunt fateri peccatū, aut tribuere gloriā iustitiæ deo, & tamen conuincuntur à deo, & confunduntur: Nam à facie domini sileat omnis caro. Pij fatentur peccatum, ideo non confunduntur.

In quorū cordibus non est cognitio dei, ea corda sua

ANNOTATIONES PHIL.

tantum querūt, se uolunt magnificari, adorari &c. Ideo in huiusmodi cordibus nec charitas est, quæ se alijs sub-
Charita- iicit, cedit honorem alijs, inseruit omnibus, sentit se omni-
tis opera um custodem esse: Quare hic Cayn negat se fratris custo-
 dem esse, q̄ fide careret, cum tamen antea legem audis-
 set, quare iratus es?

Conuincitur Cayn, cum inquit: Vox sanguinis fratris tui clam. at ad me de terra, qui clamor iuxta phrasin scri-
 pturæ non est sanguinis, sed dei, ea sollicitudo est eius pro sanctis, cum uiuis tū mortuis, ut etiam ex anima cla-
 mare dicat. Iam & indicat nondū interiisse Abel, quanq̄ occisus sit, cum uocem, cum clamorem sanguini tribuit. Porro ha c loquendi forma usus est, ut Euangelium figu-
 raret, quod uox sanguinis Christi est, quæ iam extincto ut illi putabant, Christo erupit.

Maledi- Hæc maledictio cum superiore illa conferenda est, su-
ctio. periore non maledicitur Adæ & Eue, ne uniuerso ge-
 neri humano maledicatur, sed serpenti tantū, & eius se-
 mini, hoc est corpori & regno Satanæ maledicit. Hæc maledictio Cayn, nō ad uniuersum genus pertinebat hu-
 manū, ideoq; ipse maledicitur, nā & ex seie serpētis est.

Pœna Hic statim peccatū uindicta secuta est, ne dubitemus iudicaturum & mulctaturum fontes, quanquam interim dissimulare & differre uideatur. Caro securam in as diui-
 nas contemnit, cum iusserit dominus uigilare nescientes qua hora uenturus sit &c. Quid quod uniuersa postea

ritas Cayn extincta est diluuiio Noe?

VAGVS ET PROFVGVS.

Quo de serpente dictum est, futurum, ut perpetuo pronus ingrediatur, & incumbat terræ: Idem hic dicit, uagus & passim fugiens eris in terra & c.

MAIOR EST & c.

Sicut antea gloriam iustitiæ non tribuebat deo Cayn, ita nec modo gloriam misericordiæ tribuit. Huiusmodi sunt corda fide uacua, florente carne, deum contemnunt in adflictione desperant. Econtra, qui deum norunt, sicut sentiunt, nihil esse horribilius ira dei: Ita rursus, quia deum norunt, sentiunt nullum esse peccatū, quo nō sit ille maior qui uocat ea quæ non sunt, ut sint, Rom. quarto, et cuius gloria nostro mendacio fit celebrior. Caro ait de deo iudicat carnaliter, extra adflictionem eum stertere putat, propterea sua libidine fertur & c. In adflictione quia aduersantes sentit, fugit tanq̄ malum, iniquū & c.

Vide autem quàm multipliciter describantur pœnæ. Primo, est desperatio: Deinde corde ita perpetuo paucere ut nullo certo loco consistas. Tertio, querere quorsum effugias uultum dei. Quarto metus assiduus mortis.

NEQVAQVAM ITA FIET.

Quid igitur de iure gladij, an in homicidâ aīaduerte cidit hoīre nō licet? Respondeo, nihil hic de iure gladij cōstitui, minem

Auctori-
tas dei oc

ANNOTATIONES PHIL.

sed generalem legem esse, qualis illa in Decalago est: Non occides. De iure gladij infra constitutum est capite nono. Quicumq; effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius.

POSVIT DOMINVS IN
Cayn signum.

Quidam sentiunt tremorem quendam perpetuum in Cayn fuisse.

ET AEDIFICAVIT CIVI-
tatem.

Quod in Ismahel & Esau script. reprehendit, idem hic in posteritate Cayn accusat, scilicet condidisse eum urbem, constituisse imperium, militasse, conuersum esse ad excolendas res humanas &c. Nam quod imperium aliud constitutum est, praeter id quod est patris imperium, erat scilicet uno usurpante sibi dominationem in multos. Nam lex ita ordinavit, ut singuli patres familias, familiarum suarum domini essent iuxta legem: Honora patrem & matrem.

DIXITQUE LAMECH.

Occide- Lex de charitate multipliciter perditur hoc capitulo
re est non supra: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Et
amare, deinde: Qui occiderit Cayn septuplum punietur. Et hic
non iuuat: Occidi uirum in uulnus meum, id est, luam poenam caedis
re illius, quandoquidem diuina lege cautum erat, ne quis occideret eum.

DE LAMECH VERO SEPTIMA.

Ex euāgelij loco Matth. decimo octauo, de septuplo
 & septuagies septies satis adparet accipiendū esse nu- Nūq̄ nō;
 merū certū pro incerto. Nam Hebræis septenarius nume cōdonat
 rus uniuersalitatē numerus est. Porro q̄ septuagies se- peccatū.
 pties pœnā se daturū inquit, non aliud est, q̄ supra dixit
 Cayn: Maior est iniquitas mea, quā ut ueniam mercar.

COGNOVIT QVOQVE ADHVC.

Supra recensuit impium genus Cayn, cui imperium,
 militiam, & ciuilem cultū tribuit, uoco autem cultū ciui-
 lem, & luxū, & concupiscentiam oculorum, quod gesti-
 entes nos extollere, excolimus ciuilia munera quæcūq;
 nō ex fide, sed ut celebremus nomen nostrū, ut infra de
 conditoribus Babylonicæ turris dicitur: Gaudent inge-
 nia, & superbiunt opibus suis. Hoc nomine potissimum
 Tyrus accusatur apud Ezech. 26. 27. & 28. O Tyre di-
 xisti, perfecti decoris ego sum. Nūc redit ad genus piū.

Hic primū consideranda fides Adæ & Eue, qui è pa-
 radiso eiekti sperabant benedictū semen inter tantas ad-
 flictiones, cū Abel occiditur: Cayn maledicitur, nec red-
 dita est soboles pia ante trigessimū annum supra trecent Prædesti
 tesimum. Seth filio nomen factū est à ponendo, quo haud nationis
 dubie significauit nō nasci natura filios dei, sed à deo do locus.
 nari, quasi sic dicat: Ecce uideo ea quæ è carne nascūtur
 maledicta esse oīa, solū id semen deo acceptū esse, qd' ip-
 se ponit, sicut aliās sæpe dicitur: Suscitabo mī semē & c.

ANNOTATIONES PHIL.

TUNC CEPTVM EST.

Id est, posteaquam non Adæ tantum, sed & filio piũ semen fuit, latius propagatus est iam cultus dei. Et quia multitudo docendi fuit, necesse fuit institui quasdam cæremonias, quibus moueretur multitudo. Item, ad consolationem pertinet, qua confirmati Adam & Eua, posteaquam uiderũt piũ semen exortũ esse cum annos plus centum nihil uidissent, præter impiã & maledictam multitudinem familie Cayn.



CAPVT QVINTVM.

Sicut supra diximus ortum mundi, lapsum & restitutionem hominum describi, ut sciamus & nos esse, ad quos uerbum dei pertinuerit, & idem esse uerbũ, quod à principio mundi prædicatum est, & quod nos accepimus: Ita hic Genealogiæ recensentur, & ut certi simus, Genealogiæ quorũ nos esse ad quos prædictiones pertineant, & ut certi si mus, unde & ex quibus patribus sit Christus. Nã hoc egit recensentem in uniuersum scriptura, ut redderet nos de Christo certissimos: Atq; id ita oportuit, eo quod uenerit Christus tectus formis crucis, ut à carne agnosci non potuerit.

Enoch. Quod Enoch translatus est ad deum, exemplum ostẽsum est, quo confirmaretur fides patrum.

Sicut

Sicut nato Seth renouata est generatio sanctorū, tū to Seth. ta posteritas Cayn oblita dei suis cupiditatibus ferreretur. Ita hic nato Noe renouata est sanctorum generatio, Noe. nam paulo ante decesserāt Adam et Seth, et Enoch trās-
latus erat, & sicut Seth à ponendo nomen est inditū, do Seth à po-
minus enim est qui semen sanctū donat: Ita Noe nomē in- nendo dā-
ditū est à fructu, q̄ ipse inter tot impios futurus esset qui citur.
cōsolaretur sanctos, conseruaret uerbū & p̄missionē dei
& confirmaret fidem expectantium semen, quo restitu-
retur uita.

CAPVT SEXTVM.

Qua peccata diluuiū præcesserint, textus hic ex-
ponit.

Promiscua libido atq; adeo luxus omnis generis, qui cū
libidine coniunctus est. Sic enim inquit, acceperunt sibi
uxores ex omnibus quas elegerant, id est, quotquot libe-
bat corrumpebant.

Et quia secum habet libido potissimum securitatem cō II
temptricem iudiciorum dei, accusatur hic quoq; securi-
tas & cōtemptus uerbi dei, cum inquit: Nō iudicabit spiri-
tus meus in homine, quia caro est, id est, uerbum meū non
audient, non credent, non metuent, nō mortificabuntur:
& in Corinthijs huic peccato potissimū tribuit Aposto-
lus, q̄ carnaliores faciat, quia qui adheret scorto, unum
corpus est cum scorto: qui autem adheret domino, unus
spiritus est cum domino.

ANNOTATIONES PHIL.

- III Non peccabant tantū filij Cayn generationis impiæ, sed filij dei, hoc est, filij generatiōis sanctæ, & principes ut iam prope in uniuersum dei memoria interiret.
- IIII Opprimebantur inopes pro libidine potentiorum, nā hi gigantes erant.
- V Terribilissimum omnium est, q̄ octo tantum anime relictæ sunt, quæ seruate sunt.
- Hec conferre potest cū signis iudicij, dicit enim Christus, edent, bibent, nubent &c. Hic primum libidines, & luxum notauit.
- II Securitatem accusat, cum inquit, & non cognouerūt &c. Et Paulus: Cum dixerint pax & securitas &c. & de hypocrisi, duæ erunt molentes in una mola.
- III Neglectum doctrinæ accusat Apostolus in. 2. Thesā. de Antichristo.

NON PERMANEBIT SPIRITUS MEUS.

Videmus interpretis hanc fuisse sententiam, breui futurū, ut aboleatur creatura, cum uertit, non permanebit Genus spiritus meus in homine. Sed in Hebræis est: Non iudicabit, ut hic caussam explicet, cur extincturus sit genus humanū bit, ut hic caussam explicet, cur extincturus sit genus humanum, quia non sit auditurus homo uerbum dei, non sit cur ex iudicaturus & mortificaturus carnem, ideo perdendum tinctum esse: Sicut & Matthæi uigesimo quarto dicitur. Nisi abbreviati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.

QVIA CARO EST.

Id est, Tota nihil nisi carnalia sapit & querit.

ERVNTQVE DIES ILLIVS.

Id est, Centum & uiginti annos permitto eis, quibus respiscant interim, tum perdam eos diluuiio.

VIDENS AVTEM DEVS.

Duo potissimum loci hic considerandi sunt, prior, sit ne uniuersalis sententia & iudicium aduersus omnes homines, quod ait: Videns deus q̄ multa esset hominis mali Tota caritas in terra, & omne figmentum cogitationum cordis eorum damnarum uanum & prauum omni tempore. Deinde, si uniuersalis est sententia, quomodo Noe excipitur? Posterior locus, quomodo cadunt in deū uerba dolendi & poenitentiae. Primo, Vniuersalem esse sententiam, & iudicium uniuersale aduersus omnem carnem, apparet ex eo q̄ postea dicit, Omnis caro corruerat uiam suam. Et quia inquit, uidens deus, necesse est uniuersalem esse sententiam, quod uidere idem sit quod iudicare. Nunc satis constat, quod iudicio dei tota caro damnata sit, Psalmo centesimo quadragesimo secundo, Non intres cum seruo tuo in iudicium &c. Et uidemus Psal. 13. hinc acceptū esse, Dominus prospexit super filios hominum.

Noc ab uniuersali sententia excipitur, non q̄ ipse nō sit peccator, aut non iudicetur, sed quia, ut textus inquit Inuenit gratiam corā domino. Id quod hoc loco animaduertendum est, q̄ hoc exemplum secuti prophetae, dam-

ANNOTATIONES PHIL.

nant uniuersaliter omnes homines, & tamē postea exci-
piunt pios: quod sic accipiendum est, cum damnant Pro-
phetæ, uniuersaliter omnes homines damnari, quæ & elec-
ti peccatores sunt, & ante iudicantur quā iustificētur,
tores sūt et omnes sanctos oportet coram deo fateri se esse pecca-
tores, & resignare se uolūtati diuinæ, quæ p̄ sua gloria
uel saluet uel damnet: Sic Hieremiæ quadragesimo sexto
Cū damnasset omnes homines terror undiq; & c. adiecit
tandem & de Israel: Te uero non cōsumam, sed castigas
Consola bo te in iudicio, nec quasi innocenti parcā tibi. Et prima
tiōes san Petri quarto: Iudicium incipit à domo dei. Et si iustus
etorū cū uix saluabitur, impius & peccator ubi apparebit? Et ad
iudican- Romanos primo, Reuelatur ira dei, super omnem impi-
tur, ne etatē. Proinde hanc accusationē scias uniuersalē esse nō
desperēt. synecdochicās ad impios tantū pertinere, sed iudicari
simul omnes homines, hoc est, & pios & ipios, quæ oportet
humiliari omnia deo, requirit enim & à sanctis timorē
sui. Ita hoc loco, cum uidet, hoc est iudicat omnū cor-
da esse uana & praua, necesse est ut fateatur Noe se quo-
q; talē esse, se quoq; mortem & exitium cōmeruisse, nec
habet quod ipse præ ceteris præsumat. Nam & Dauid
sic queritur Psalmo. 88. Memorare quæ mea substātia, nū-
quid uane constituisti omnes filios hominū? Sed cum iu-
dicatur seruantur pij, non operū merito, sed gratuita mi-
sericordia dei. Ita hic de Noe dicitur, Inuenit gratiā co-
ram deo. Ad eum modum planē Esaiæ primo scribitur,

Omne caput languidum &c. quod iudicium ad omnes pertinet. Et paulo post: Nisi dominus fecisset nobis reliquum semen, sicut Sodoma & Gomorrha facti essemus.

POENITUIT EUM QVOD
hominem &c.

Primum omnium simplicissime exposueris uerbum poenitē = Poenite-
di, si sentias idem esse quod mutare rem presentē: ut cū re quo-
dicit dominus, q̄ poeniteat fecisse genus humanum, intelli modo ac-
gas simpliciter, hanc creaturam odi, & sic odi, ut nunc cipitur.
mutaturus sim, & perditurus genus humanum.

Secundo, sicut in uerbo miserendi adfectus est beneuo-
lentiae paternae, erga eos quorum est misertus deus, ita
hic in argumento irae diuinæ, adfectus irae, furoris, et simi-
les, in uerbo poenitendi comprehendendi debent. Ita, ut sit
poenitere, rem presentem mutare, & significatione irae
uel furoris sui mutare. Sicut uti uerbo poenitēdi scriptu-
rā satis liquet psalmo centesimo nono. Poenituit eum se-
cundū multitudinē misericordiae suae, id est, simpliciter
adflitiones finiuit, et mutauit cōsolationes. Et Hieremie
uigesimo sexto. Poeniteat me mali quod cogitauī facere.
Grammaticis uerbum poenitendi displicere significat, id
quod antea placuit, quomodo si hic exponas poenitendi
uerbum, redit res ad disputationem de praedestinatione:
Sed quia in confesso est uerbo poenitendi, scripturā lati-
us usam esse, scilicet mutare tantū rē presentē, satis fu-

ANNOTATIONES PHIL.

erit id hic quoq; interpretari. Habes exemplum superius: Poenituit secundum multitudinem misericordiae suae &c. Non enim antea sic intulit adflictiones, quasi parū prospiceret se aliquando mutaturum, nec finiuit sic, ut doluerit illatas adflictiones, quandoquidem per crucem humiliat, & ideo iudicet, ne cum hoc mundo dānemur: qd' si sunt adflictiones bono electis, ergo non dolet adflicxisse.

Poenituit .s. declarauit Noe q' perditurus esset genus humanum, tactus dolore intrinsecus, quia poenitere cum dolore cordis mutare significat. Poenitet enim me fecisse eos, id est, muto factum, aboleo quod antea feceram.

NOE VERO INVENIT
GRATIAM.

Quaquam & ipse reus esset iudicij, &
iam iudicaretur audiens
uerbū &
sententiam damnationis,
tamē ereptus est gratuita misericordia dei.


F I N I S.
A N N O M. D.
X X I I I I.

David. **L**auda nauis gaudis felicitate
fieri: **F**elix peruenit ad portum
David a iherosolimis sed cum p[ro]phetis
fecit ad triumphum. **7** **V**erbi d[omi]ni

Nihil p[ro]ficere. **7** **V**erbi d[omi]ni
D[omi]n[u]s ante uentis tanto possit
artu p[ro]p[ri]etate laudat quill
et p[ro]p[ri]etate memit se h[ab]ere q[uo]d d[omi]n[u]s
et de futuro uerb[is] sibi super q[uo]d
hinc d[omi]n[u]s uerb[is] h[ab]ere corp[us]
culo p[ro]p[ri]etate d[omi]n[u]s sibi q[uo]d uerb[is]
de m[un]do quozu[m] ut uerb[is] occulta
demonu[m] f[er]rat uelut latronu[m]
obfidi multitudine: **V**erbi p[ro]p[ri]etate
supplatores **7** u[er]bi aia[re] laq[ua]m
os ead[em]: **7** u[er]bi uerb[is] morib[us]
ep[iscop]ales scribo. **7** **V**erbi adiu[re]
u[er]bi d[omi]n[u]s. **7** **V**erbi nobis p[ro]p[ri]etate
Verbi d[omi]n[u]s. **7** **V**erbi nobis p[ro]p[ri]etate
et sp[irit]u **7** quo r[ati]o[n]e p[ro]p[ri]etate

Fidelit[er] occisus. **V**erbi si beatus
m[un]do. **7** **V**erbi s[er]u[us] ut s[er]u[us] i[st]o
uenerat morte[m] corp[us] nullatenus
formidauit. **V**erbi uenerat ei d[omi]n[u]s
d[omi]n[u]s uoluit hinc e[ss]e q[uo]d ead[em]
corp[us] a[ut]e[ri]t[er] n[on] possat occidere
Verbi at[er] **7** **V**erbi uerb[is] uerb[is] d[omi]n[u]s
d[omi]n[u]s uerb[is] **7** **V**erbi uerb[is] d[omi]n[u]s
q[uo]d uerb[is] d[omi]n[u]s q[uo]d uerb[is] d[omi]n[u]s
Verbi d[omi]n[u]s uerb[is] d[omi]n[u]s uerb[is] d[omi]n[u]s
uult uenire post me abiret
s[er]u[us] et tollat r[ati]o[n]e suam
sequatur me **7** **V**erbi om[n]i[u]m **7** **V**erbi p[ro]p[ri]etate
Verbi d[omi]n[u]s ac uerb[is] m[un]do noua p[ro]p[ri]etate
homo uenit **7** m[un]do noua p[ro]p[ri]etate
sa dedit m[un]do. **V**erbi e[ss]e u[er]bi u[er]bi
u[er]bi uerb[is] uerb[is] uerb[is] uerb[is] uerb[is]
sunt nouitate sue. **V**erbi e[ss]e u[er]bi u[er]bi
hinc q[uo]d r[ati]o[n]e homo nouat u[er]bi





Th
365